

✠ In nomine domini dei salvatoris nostri ihesu christi imperante domino nostro Constantino porfirogenito magno imperatore anno tricesimonono. sed et romano magno imperatore eius filio anno secundo (1). Die septima mensis martii indictione quinta neapoli. Dum ad suum venisset ovitum quidem stephanus filius quidem iohanni. Disposuit nobis videlicet leoni filio quidem domini boni. et stephano thio suo quatenus post eius ovitum integra portione sua de una terra que vocatur ad illa balnearia posita in quarto maiore (2) et esset offerta pro anima sua in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur Casapicta situm in viridario. et quidem drosu uxor eius ad vicem tollere ipsum de turriccle: nunc autem nos nominatis distributores (3) una cum voluntate nominate drosu coniugi sua A presenti die offeruimus et tradidimus vobis domino benedicto venerabili igumeno nominati monasterii et per vos in eodem sancto et venerabili vestro monasterio. Idest nominata integra portione nominati stephani de predicta integra terra que vocatur ad illa balnearia sita vero in quarto maiore una cum introitum suum omnibusque sivi pertinentibus qui indivisa reiacet cum reliquis tres portiones de consortibus suis: De qua nihil nobis exinde remansit aut reservavimus nec in alienam personam commissimus potestatem. et ha nunc et deinceps a nobis vobis et per vos in eodem sancto et venerabili vestro monasterio sit offerta et tradita pro anima nominati stephani sicuti ipse nobis disposuit in vestra posterisque vestris sint potestate queque exinde facere volueritis. et neque a nobis nominato leonem et stephano distributores cum voluntate nominate drosu coniugi sue neque a

✠ Nel nome del Signore Dio Salvatore nostro Gesù Cristo, nell'anno trentesimo nono di impero del signore nostro Costantino porfirogenito grande imperatore ma anche nell'anno secondo di Romano grande imperatore, suo figlio, nel giorno settimo del mese di marzo, quinta indizione, **neapoli**. Stefano, figlio invero di Giovanni, allorché fosse giunto alla sua dipartita dispose che da noi, vale a dire Leone, figlio invero di domino Bono, e Stefano, suo zio, dopo il suo trapasso l'intera sua porzione di una terra detta **ad illa balnearia** posta in **quarto maiore** fosse offerta per la sua anima al monastero dei santi Teodoro e Sebastiano chiamato **casapicta** sito **in viridario** e invero **drosu** sua moglie in cambio prendesse lo stesso da **turriccle**. Ora noi predetti esecutori testamentari, con il consenso della menzionata **drosu** sua coniuge, dal giorno presente abbiamo offerto e consegnato a voi domino Benedetto venerabile egumeno del menzionato monastero e tramite voi allo stesso santo e venerabile vostro monastero, vale a dire per intero la predetta porzione dell'anzidetto Stefano della predetta integra terra chiamata **ad illa balnearia**, sita invero in **quarto maiore**, con il suo ingresso e tutte le cose ad essa pertinenti, che è indivisa con le rimanenti tre porzioni dei suoi vicini, di cui niente dunque a noi rimase o riservammo né affidammo in potere di altra persona, e da ora e d'ora innanzi da noi sia offerta e consegnata tramite voi allo stesso santo e venerabile vostro monastero per l'anima del predetto Stefano, come lo stesso dispose per noi, e sia in potere vostro e dei vostri posteri di farne dunque quel che vorrete e né da noi predetti Leone e Stefano esecutori testamentari, con il consenso della predetta **drosu** sua coniuge, né dai nostri o dai suoi eredi in nessun

<p>nostris vel suis heredibus nullo tempore numquam vos nominatus dominus benedictus venerabilis igumenus aut posteris vestris nec nominatus sanctus et venerabilis bester monasterius quod absit habeatis exinde aliquando quacumque requisitionem aut molestia per nullum modum nec per summissis personis ha nunc et imperpetuis temporibus: Si autem nos aut heredes nostris vel heredes nominati stephani quovis tempore contra hanc chartula offertionis ut super legitur venire presumserimus per quovis modum aut summissis personis. tunc componimus vobis posterisque vestris nominatoque sancto et venerabili vestro monasterio auri solidos duodecim bytianteos. et hec chartula qualiter continet sit firma imperpetuum. scripta per manus iohanni curialis per indictione nominata quinta ✘</p> <p>Hoc signum ✘ manus nominati stephani distributori. signum ✘ manus nominate drosu quod ego qui nominatos pro eis subscripsi ✘</p> <p>✘ ego leo distributor subscripsi ✘</p> <p>✘ ego leo filius domini marini rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi ✘</p> <p>✘ ego gregorius filius domini iohannis rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi ✘</p> <p>✘ ego iohannes filius domini gregorii rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi ✘</p> <p>✘ Ego iohannes curialis complevi et absolvi per indictione nominata quinta</p>	<p>tempo voi predetto domino Benedetto venerabile egùmeno o i vostri posteri né il predetto santo e venerabile vostro monastero, abbia dunque mai, che non accada, qualsiasi richiesta o molestia in nessun modo né tramite persone subordinate da ora e per sempre. Se poi noi o i nostri eredi o gli eredi del predetto Stefano in qualsiasi tempo osassimo contrastare questo atto di offerta come sopra si legge in qualsiasi modo o tramite persone subordinate, allora paghiamo come ammenda a voi ed ai vostri posteri ed al predetto santo e venerabile vostro monastero dodici solidi aurei di Bisanzio e questo atto per quanto contiene sia fermo in perpetuo, scritto per mano del curiale Giovanni per la suddetta quinta indizione. ✘</p> <p>Questo è il segno ✘ della mano del predetto Stefano esecutore testamentario. Segno ✘ della mano della predetta drosu che io anzidetto sottoscrissi per loro. ✘</p> <p>✘ Io Leone esecutore testamentario sottoscrissi. ✘</p> <p>✘ Io Leone, figlio di domino Marino, pregato dalle soprascritte persone, come teste sottoscrissi. ✘</p> <p>✘ Io Gregorio, figlio di domino Giovanni, pregato dalle soprascritte persone, come teste sottoscrissi. ✘</p> <p>✘ Io Giovanni, figlio di domino Gregorio, pregato dalle soprascritte persone, come teste sottoscrissi. ✘</p> <p>✘ Io curiale Giovanni completai e perfezionai per la suddetta quinta indizione.</p>
--	--

(1) Prior membrana est haec, ubi Romanus Constantini Porphyrogeniti filius memoratur. Huius Principis annos coeptos esse recenseri a septembris mense anni 945 docet A. de Meo (*App. cronol. cap. II. art. V. §. 6*). Diligentissimi huiusce nostri chronologi sententiae adstipulantur nostra documenta, quorum unum die 6 septembris anni 960 conditum Romanum ad Imperium accessisse post diem 6 septembris anni 945 testatur, quippe cum eius anno XV fuerit praenotatum.

(2) Locus hic, qui nunc quoque vernaculo sermone appellatur *Quarto*, Marano non admodum dissitus, olim parvus fuit pagus. Nomen duxisse ex eo, quod prope quartum viae campanae lapidem conditus erat, ratus est Pratillus (*De appia via pag. 205*). At qui fieri poterat, ut quartus inibi lapis extaret, si nemini dubium esse possit, quin ab urbe Roma numerari coeperint columnae, quibus milliaria denotabantur? Nominis igitur etymon ex alia ductum fuit causa, quum expiscari nostra haec non interest. Ibidem

quamplurimae nunc vineae consitae invisuntur, et vina quae inde ubertim gignuntur, magnopere laudantur. Huiusmodi vinearum praestantiam vel Romanorum temporibus eidem agro obvenisse, ac idcirco Baccho delubrum ibidem fuisse aedificatum opinatus est idem Pratillus (*Oper. cit. pag. 206*). Non pauca quidem marmora illinc eruderata, quorum Mazzella in sua puteolana historia mentionem habet, ibi olim aedificia procul dubio extitisse palam fecerunt. Inferioribus porro saeculis quoddam inibi nemus fuisse, *Gualdum* nuncupatam, ac inter neapolitanorum Antistitum possessiones recensitum, e compluribus S. Sebastiani documentis colligitur. Dein vero cum maiorem diligentioremq; culturam universus hic *Quartus* excepisset, factum est, ut nemus illud cultus ager evaserit. Nunc tota ipsa ora brevi assecutura videtur eandem faustitatem, qua Romanorum aevo gloriabatur, cum per eam providentia optimi Principis Ferdinandi II. strata fuerit via comitatus quam maxime idonea, dicta *campana*, quae vetustam viam campanam temporum iniuria prorsus deletam aemulatur.

(3) *Distributores* appellati fuerunt ii, quibus aliquis mandabat, ut post eius obitum exsequerentur quicquid ipse postremae suae voluntatis significatione, sive testamento decrevisset. Consule sis nostram adnotationem (4) in pagina 61.